



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1604

Vita S. Valerii, Discipvli E. Petri Apostoli, Treuirorum Episcopi, ea ea quæ extat penès Fratrem Laurentium Surium; Claruit autem Anno Dominicæ Incarnationis 54. & sequentibus, sub Claudio Romanorum ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42667

Ad Christū
migrat.

em illo anno quo clades illa precibus illius pul-
sa fuit, luctum suum ac lachrymas cum perpeti-
cælestis regni gaudio feliciter permixtauit. accer-
sito prius ad se Episcopo, qui sacras ipsius reliqui-
as eadem in spelunca deposuit; quæ postmodum
constructa] de super ecclesia insigni opere cele-
bris permansit; ubi etiam & ipse annua festiuita-
te celebrior; præclara beneficia opem eius implo-
rantibus exhibere dicitur. Obijt autem Anno
tatis suæ quinto & septuagesimo.

Claret mira-
culis post
obitum.

VITA S. VALERII, DISCIPULI S.
Petri Apostoli, Treuirorum Episcopi, ex ea qua extat
penes Fratrem Laurentium Surium, Claruit

Vide Czf.
Baron.
not in mar-
tyr. Rom.

autem Anno Domini & Incarnationis
54. & sequentibus, sub Clau-
dio Romanorum

Imp.

29. Ianuarij,
Fit Episco-
pus.

Multos con-
uertit ad fi-
dē Christi.

Perfecio
eius

Post venerabilem obitum beatissimi Eucha-
rij Treuericæ ciuitatis Archiepiscopi, fan-
ctus Valerius in ministerium sacerdotale
successit, illudque per quindecim annos eximia
morum & vitæ sanctitate administruit. In quo
quidem temporis spatio, multos populos stu-
pendis prodigijs ad Dominum conuertit, & ad
Catholicæ fidei cognitionem diuini verbi præ-
dicatione perduxit. Insticit autem verbi ministe-
rio tam ardentem ac tanto cum fructu, ut eius vi-
gilantia cooperante Domino Christianorum
numerus ipsos tandem paganos per Galliam &
Germaniâ superaret. Erat enim mellisua sermo-
nis facundia præditus; moribus verò ad eum in-
culpatis, ut nihil quod reprehensione dignum esset
in eum

in eum caderet. Quamuis autem assiduis diuinarum rerum meditationibus esset intentus, ita tamen ijs inhærebat, ut nunquam nimia earum dulcedine captus, vel ad horam proximi salutem negligeret. Cum verò omnibus virtutibus ornatissimus ad canos peruenisset, nocte quadam beatus Eucharis ei apparuit dicens; Tempus iam, frater Valeri, resolutionis tuæ instat, & regni cælestis ianua tibi reuerata est, quam post hanc horam quinto die gratulabundus ingredieris, & de concessis Domini tui beneficijs sine fine lætaberis. Quapropter Maternum agonis nostri, cooperatorem, tui officij successorem cõstitue, illumque de visitatione nostra ante diem exitus sui certiozem redde. Et hæc dicens recessit.

S. Eucharis
ei apparet.

Euigilans autem S. Valerius mox visum somnum beato Materno cæterisque fratribus, qui præsto erant, narrauit, & eis diem obitus sui lætissimo vultu instare prædixit. Sequenti verò die venerabilem Maternum ad sacerdotalem gradum prouexit, & de studio commissi ministerij diligenter instruxit. Cumque per prædictum spatium, ob famam depositionis eius aduentantes fideles, verbo salutiferæ admonitionis instrueret, & eos ad salutem animarum suarum paternis visceribus incitaret; illucescente iam quinto die, oratorium ingressus, viaticum, quod ipse consecrauerat, accepit, & post hæc extensis inter discipulorum manus membris sacris, 4. Kal. Febr. beatum Deo spiritum reddidit. Cuius corpus colligentes discipuli, sacratissimo corpori sancti Eucharis coaptarunt, & in eodem sarcophago cum diuinis laudibus condiderunt.

Maternum
sibi successore
cõstituit.

Viaticum ac
cipit & de-
cedit.